

**Francisci Montmorencii E Societate Iesv Cantica Et Idyllia Sacra**

**Montmorency, François de  
Antverpiae, 1638**

Pax. ex cap. 35. lib. 2. Paralip.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69423](#)

## PAX IDYLLION.

## ARGUMENTVM.

Apud Byblum peractâ vindemiâ, Virgines  
Hebrææ ducunt choros de more, & can-  
tu celebrant PACEM quâ fruebantur tem-  
poribus Iosiae Regis; in cuius etiam lau-  
des excurrunt.

**Q**VÀ Bybli vineta iugis latissima sur-  
gunt.

Hebraides olim choreā duxere puellæ,  
Puniceis omnes euinctæ crura cothurnis:  
E quibus agrestes inflare perita cicutas  
Debbora grandeui neptis sic cœpit Onie.

Linquite iam, Sociae, calathos, quibus antè  
tulistis

Calcandam prælis musto spumantibus vuam.  
Linquite iam calathos. Acta est vindemia vobis.

Sumite palmitibus redimitos sumite thyrsoes.

Sic pater Jæpeti, iucundæ consitor vuae,  
Instituit festis thyasos vestire corymbis,

Pampineisque leues inducere frondibus hastas.

Sumite palmitibus redimitos sumite thyrsoes.

Jpsæ senex agili docuit sola tundere plantâ;

Repperit ipse choros, salijt quoque primus in  
illis,

Numine placato donis, & Pace redemptâ.

X 4      Sumite

*Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
Nempe chori ſunt Pacis opus. Celebremmo-  
nores*

*Pacis: ego Paci præcentrix ordinar hymnum  
Nec reor alternis vos respondere pigebit.  
Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
O bona Pax! opifex roſea formosa corona,  
Palmitis inuentrix, olea mitissima custos;  
Nomine ſiue voles alio quocumque vocari.  
Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
Ad Nomadas Bellum procul hinc eat. Ali-  
rea nobis*

*Tax ades. Armorum non fit laus vlla, m  
vſus;*

*Aut ſi quis fuerit, ſolos feruetur in apros.  
Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
In galeis poſthac diſtendat aranea telam,  
Et caua ſcuta virūm pueris cunabula fiant,  
Inque laboriferos abeat lorica ligones.*

*Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
Rus colito, Nabothe, tuum. pone ordine viuſ;  
Inde ſuo carpes ſperatos tempore fructu:  
Nec tua vastabit peregrinus prædia miles.  
Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſoſ.  
Agricolis pleno rediit iam Copia cornu;*

*Ampla nec immensas capiunt ſatis horrid  
messes:*

*Überibusque boues granidis mulæ tralia vi-  
cunt.*

*Sumite*

*Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſos.*

*Scilicet hæc nobis IOSIAS otia fecit*

*Purpureas primâ signans lanugine malas,*

*Æ tenero Superis puer acceptissimus vngui.*

*Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſos.*

*Sextus ab undecimo vix illum ceperat annus*

*Cum Solymâ ritus proscriptis ab Æde pro-*  
*fanos,*

*Et patrijs veteres aris renocauit honores.*

*Sumite palmitibus redimitos sumite thyrſos.*

*Ergo prius salsa dulcescent æquoris unda,*

*Byblina vel blandum mutabunt vina sapo-*  
*rem,*

*Quam nostro illius labatur pectore nomen.*

*Ponite (nox cælo venit humida) ponite thyrſos.*

